Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0002-9

1739, 28.

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

## D. IO. FLORENS RIVINVS

PAND. P. P.

Pauperibus aeque ac diuitibus porta iuſtitiae patens eſto, quapropter, ſi illi ferendis ſumtibus proceſſus impares, ne indefenſi relinquantur, ſubleuandi, et expenſae vel a iudice coram quo lis ventilatur, vel ab aduerſario ſuppeditandi, quas tamen reportata victoria, aut vbi alias ad meliorem fortunam peruenerint, aut etiam lite per transactionem ſopita, refundere tenentur, ne contra regulam iuris *§. f. I. de action. L. 206. π. de R. I.* cum aliorum damno locupletentur. Quocirca Iure nouo Saxoniae Electoralis per *Emend. Ord. Proc. ad Tit. I. §. 14.* iudicibus adeo proſpectum, vt nullae transactiones a pauperibus, legaliter talibus, initae valeant, niſi iudicialiter, praeſcitu magiſtratus fiant. Verba legis prohibitiuae ita ſe habent: Geſtalt wir denn zu ſolchem Ende und damit der Richter um ſo vielweniger gefähret werde, hiermit verordnen, daß alle Vergleiche, ſo mit geſchwornen Armen geſchloſſen werden, anderer Geſtalt nicht, als wenn es gerichtlich geſchehen, gültig ſeyn, und derjenige, ſo mit ihnen tranſigiret, bevor er etwas an ihn bezahlet, es gerichtlich bekannt machen, oder wiedrigen Falls vor den von denen Gerichten gethanen Vorſchuß und Unkoſten ſelbſt hafften ſoll. Omnes igitur transactiones extraiudiciales eorum quibus iura pauperum communicata, infirmatae, nullum vero pactum aut contractum inter eosdem et aduerſarium initum validum aut perfectum videri poſſet, quae enim lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habentur *L. 5. C. de LL.* At enim vero in omni lege cauſa finalis et impulſiua inreſpicienda, quae in allegato paragrapho ſecuritas iudicum, ne intuitu ſportularum aut ſumtuum litis defraudentur, quod ſatis abunde innuunt verba: Geſtalt wir zu ſolchem Ende und damit der Richter um ſo vielweniger gefähret werde. Quibus ſi iungas ea quae antecedunt et ſubſequuntur, eo magis concordabit ſcriptura. Hinc non eo animo tunc demum ratas eſſe iubet Po-

tentiſſimus legislator eiusmodi transactiones, ſi iudicialiter contrahantur, vt extra iudicium geſtis omnem vim atque efficaciam adimat, quippe tum opus fuiſſet clauſula caſſatoria, ſed ſaltem vt nulla ſperanda ſit tranſigenti liberatio, antequam iudici ſatisfactum, alias is qui priuatim tranſegit ad indemnitatem, omnesque expenſas quocunque nomine veniant iudici ſoluendas teneatur, quod omnino validitatem negotii inter ipſas partes praeſupponit, alias eodem prorſus vitio nullitatis laborante, alter qui nullum commodum ex transactione ſentiret, non poenae loco in ſummam ſumtuum nomine ſoluendam condemnari poſſet, cuius ab aduerſario recuperandae ſpe deſtitueretur, quod pugnaret cum alia diſpoſitione in *§. 5. Append. d. Ord. Proc.* quae omne pactum etiam nudum ad fidem in ſocietate ciuili ſeruandam et firmandam pro obligatorio haberi vult. Ceſſante igitur cauſa finali adaequata ceſſat ipſa lex, et intelligendum eſt legem de hac cauſa ſentire quam expreſſit. *L. 6. §. 2. π. de iure patron.* nec priuare voluiſſe quempiam iure ſuo qui culpa caret. Itaque nec verba huius legis, quae certum ſenſum et naturalem ſignificationem vitio carentem admittunt temere extendenda, aut duriore interpretatione ad ſeueritatem producenda. quippe ſcire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem, committit vero in legem, qui verba eius amplexus, ſententiam circumuenit, et id in lege latere ſibi perſuadet, de quo autor legis nunquam cogitauit. Illuſtrabimus dicta exemplo notabili, eoque nouiſſimo. Lis erat coram ampliſſimo Senatu huius ciuitatis per multos annos agitata, inter I. K. eiusque nurum A. S. K. tandem taedio litis menſe Aprilis anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi quinti extraiudiciali transactione, dato et remiſſo viciſſim aliquo, transegerant partes, cauſa tum temporis in Supremo prouocationum Senatu haerente. Remiſſione actorum impetrata, actor petebat a Senatu, vt inſtrumentum transactionis confirmaret, reamque ad promiſſa adimplenda adigeret, quae vero eidem exceptionem nullitatis, ex ordinatione proceſſus vnice repetitam, opponebat, conſulti hac de re

Dni

Dni Scabini Menſe Febr. 1737. pronunciabant: Daß Klägers Suchen in dem der fol. 3. ſeqq. inducirte Vergleich, da Bklte eine Perſon, ſo das Armen-Recht genoſſen, geweſen, nach Vorſchrifft der Erl. Proc. Ordn. Tit. I. §. 14. nicht vor Gerichte geſchehen, und ſolches ſub poena nullitatis daſelbſt vorgeſchrieben iſt, nicht ſtatt hat, inſimulque actorem in expenſas condemnabant. Interpoſita Leuteratione, actis ad Collegium ordinis noſtri transmiſſis, in id omnes conſpirabant, immunem eſſe debere actorem a refuſione expenſarum, eo tamen moueri non poterat Ordo, vt ab ipſa legis prohibitione recederet, potiusque literam ſequendam quam rationes mouentes, quae ſaepius latent ſubditos, inueſtigandas eſſe, denique verba: Zu dem Ende ſpecialia eſſe, nec generalitatem efficere, quin potius eandem reſtringere, exiſtimabat. Vellicabat inſimul aures fauor pauperum, qui facilius decipi et ad amicabilem compoſitionem per varias artes extraiudicialiter commoueri poſſent, quam ſi cauſae cognitio et auctoritas iudicis interueniat. Interim cum actor grauatus vrgeret, transactionem, ipſa qua inita fuiſſet die, ab vtroque litigantium Senatui oblatam, eiusdemque confirmationem petitam fuiſſe, ideoque deficere omnem dolum animumque defraudandi, factum vero iudicis omiſſionis nullum praeiudicium ſibi inferre poſſe. Quo commoti benigniorem in applicatione ad caſum obuenientem ſignificationem, quae vitio caret, et optime ſtare poteſt cum ipſa legis diſpoſitione, praetulimus, menſe Sept. eiusdem anni ſequentem in modum pronunciantes: Nunmehro aus denen Acten ſo viel zu befinden, daß Kl. mit Erſtattung derer verurſachten Unkoſten nach vorgehender deren Liquidation und richterl. Ermäßigung, indem bey ihm keine temeritas litigandi anzutreffen, zu verſchonen. Im übrigen bleibet es eingewandter Leuterung ungeachtet bey dem am 16. Febr. des jeztlauffenden 1737. Jahres eröffneten fol. 39. befindlichen Urthel billig, Es könnte den Kl. ſein Vorgeben bey dem 15. grauamine fol. 53. und 60. daß an eben dem Tage, da der Vergleich zwiſchen ihm und Bekl. geſchloſſen und vollzogen worden, er nebſt der

Bekl. ſolchen ſogleich zur Rath=Stube zum Vortrage und gerichtl. confirmation übergeben, und dieſer von ſelbiger Zeit an daſelbſt aufbehalten worden, ad acta dociren, immaſſen ihm in Sächßl. Friſt zu thun oblieget, deſſen genöſſe er billig, und wäre ſodenn angeregter transact, indem das factum iudicis denen Partheyen nicht praeiudiciren, Beklagtin aber die hierunter gebrauchte Gefährde, zumahlen ſie ſonſten keine gegründete Urſache, warum ſie wieder zurück treten wolle, anzuführen vermocht, nicht zu ſtatten kommen könte, annoch gerichtlich zu confirmiren, und Beklagtens Principalin ſolchen allenthalben nachzukommen pflichtig. A qua ſententia, paſſum expenſarum ſi excipias, ad pauperculae leuterationem recedebat, ſententiam Scabinatus iure poſtliminii reuocando, Facultas iuridica Vitembergenſis menſe Mart. ſuperioris anni, hunc in modum: Nunmehro aus denen Acten ſo viel zu befinden, daß es, was die Haupt=Sache betrifft, bey dem am 16. Febr. 1737. eröffneten fol. 39. befindlichen Urthel ſchlechterdinges bleibt, und der in dem letzten Urthel fol. 66. gemachte Anhang wieder aufzuheben, dahingegen wird es derer Unkoſten wegen, der eingewandten Leuterung ohngeachtet bey dem am 14. Oct. 1737. eröffneten fol. 65. befindlichen Urthel billig gelaſſen. Additis rationibus: Obwohl Kläger die Schuld deſſen, daß der Vergleich nicht beſtätiget worden, der Obrigkeit beymiſſet, und denn das factum iudicis denen Partheyen freylich nicht ſchadet, hiernächſt das, was in der Erl. Proc. Ordn. Tit. I. §. 14. verbothen wird, mit geſchwornen Armen keinen auſſergerichtlichen Vergleich zu treffen, nur dem iudici, daß dieſer derer Unkoſten wegen ſicher ſey, zum beſten geordnet zu ſeyn, Beklagte hingegen keine andere Urſache, warum ſie von dem Vergleiche zurücke treten wolle, zu haben ſcheinet. Alldieweilen aber Beklagte an 100. Thl. Proceß=Koſten in die Gerichte ſchuldig iſt, und wenn ſie auf das ihr in dem Vergleiche abgetretene Hauß, welches Kläger laut fol. 91. Act. ſub K num. 566. ehemahlen vor 210. Thl. erkaufft, 200. Thl. herausgeben ſolte, wenig oder nichts zu Bezahlung ſolcher Unkoſten übrig behält, zudem da ſie



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0008-2

vermöge Definitiv-Urthels nach abzulegenden Eyde wenigſtens 700. Thl. bekommen ſoll, höchlich verletzet iſt, mithin den Vergleich aus vielen Urſachen, als 1. wegen Verkürtzung über die Helfte, 2. ex reſtitutione in integrum, wegen ihrer Armuth, 3. aus obangeführten 14. §. der Erl. Proc. Ordn. welcher ſolche Vergleiche ſchlechterdinges ungültig erkläret, anfechten kan, überdiß wieder Veräuſſerung derer Kl. Güther fol. 31. appelliret worden, folglich die Obrigkeit höchſterhebliche Urſachen die Beſtätigung des Vergleichs zu verweigern gehabt, allenfalls Beklagte noch jetzo in integrum reſtituiret werden müſte. So iſt ꝛc. In hac rerum viciſſitudine actor ex praeſcripto *Ordin. Proc. Rec. Tit. XXXV. §. 3.* relicta prima inſtantia, remedio appellationis medelam quaerere neceſſe habebat, quam etiam in Suprema Curia Prouinciali Lipſienſi, termino Trinitatis ſuperioris anni obtinebat, quippe quae non dubitauit ſententiae Ordinis noſtri calculum adiicere, annexa aliqua reſeruatione, hunc in modum: Daß wohl appelliret, derowegen es bey dem in dem Urthel fol. 66. I. Inſt. gemachten Anhange ſchlechterdinges zu laſſen, und bleibet im übrigen Appellantin die bey dem fol. 3. Act. 1. Inſt. geſchloßnen transacte vorgegebne Verkürtzung über die Helffte wieder Appellanten beſonders auszuführen unbenommen, zu welchem Ende dieſe Sache an deren Richter billig remittiret wird ꝛc. Quo loco non poſſum non aliud ſingulare ex iuribus pauperum ſimul commemorare. Sancitum nempe in *Ord. Proc. Rec. ad Tit. VI. §. 1.* quod is contra quem reconuentio inſtituta, ex quo condemnatoria in conuentione lata in rem iudicatam tranſiit, vlterius in reconuentione reſpondere non teneatur, niſi prius finita conuentione per ſolutionem iudicati. Quod tamen locum ſibi vindicare non poteſt in paupere condemnato, reconuentionem in iudicium deducente. Quamuis enim verba illa diſpoſitiua generaliter concepta, tamen, cum impoſſibilitatem aliquam inuoluerent, et pauperem plane a reconuentione excluderent, hac de re Ordo noſter caſu obueniente ad Potentiſſimum retulit, vnde authenticam interpretationem, hunc caſum

exci-

excipientem, Menſe Aprilis anni proxime elapſi obtinuit. Nunc vero denuo producendi vndecim nobiliſſimi iuris Cultores.

DN. CAROLVS CHRISTIANVS GEYER, Cygn. Miſn.

DN. GEORGIVS REINHARDVS FREYGANG, Ileburg.

DN. IOHANNES IACOB MANITIVS, Lipſ.

DN. SAMVEL HENRICVS VHLICH, Hohenſtein.

DN. IOHANNES BENIAMIN DOEBEL, Haynenſ.

DN. IOHANNES GEORGIVS LOTTICHIVS, Waldenb.

DN. FRIDERICVS ADOLPHVS MYLIVS, Ileburgenſ.

DN. DANIEL GOTTFRIED ESSENIVS, Muſc. Luſat.

DN. GOTTHELF BALTHASAR HVBLER, Chemnic, Miſn.

DN. IOHANNES DANIEL BEVCHEL, Miſena-Miſn.

DN. CHRISTIANVS GVILIELMVS WACHTER, Ciz. Miſn.

Qui ad tredecim Pandectarum Libros, a XXII. libro incipiendos, Autore Ludouici, vndecim publicis diſputationibus, tribus nempe de legatis libris in vnum contractis, diebus Saturni pro valuis Publicis deſignandis, vice mutua reſponſuri, aut oppoſituri, meum Praeſidium petierunt. Quare GENEROSISSIMOS ATQVE NOBILISSIMOS STVDIORVM, inprimis IVRIS VTRIVSQVE CVLTORES, vt hos conflictus concelebrent humaniſſime rogatos cupio. P. P. Lipſiae D. Eſto Mihi A. S. R. MDCCXXXIX.

---

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0010-3

ULB Halle 3
003 898 946

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0011-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0012-4

58
1739, 28.

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IO. FLORENS RIVINVS

PAND. P. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220605-p0013-0